

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Virtus d cum fonte primo

Aduerte uirtutes quattuor in uno facto. Fuit prudentia Deo credere, nec filii gratiam anteferre auctoris precepto; fuit iusticia acceptum reddere; fuit fortitudinis appetitum racione cohibere;

accedat et quarta uirtus temperancia. Tenebat intus et pietatis modum et executionis ordinem. Denique dum sacrificio necessaria uehit, dum ignem adolet, dum filium ligat, dum gladium educit; hoc immolandi ordine meruit ut filium reseruaret.

Ambrosius de officiis de immolacione Abrahe.

Aduerte hic omnes uirtutes quattuor in uno facto. Fuit sapientiae Deo credere nec filii gratiam anteferre auctoris precepto; fuit iustitiae acceptum reddere; fuit fortitudinis appetitum racione cohibere: Ducebat hostiam pater, interrogabat filius, temptabatur adfectus patrius sed non uincebatur; repetebat filius appellationem paternam, compungebat paterna uiscera sed non minuebat deuotionem.

Accedit et quarta uirtus, temperantia: Tenebat iustus et pietatis modum et executionis ordinem. Denique dum sacrificio necessaria uehit, dum ignem adolet, dum filium ligat, dum gladium educit, hoc immolandi ordine meruit ut filium reseruaret.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1, 25 (CCSL 15, M. Testard ed., p.43, ll.34-43).